



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## MURNERI.

legum seueritatē exposcens, si minus effecero iustū atq; probatum, quod meis conclusionibus polliceor uerū facturum. Satis mihi Christiano doctori triumphū partū est, si meā uitā periculo ueritas ipsa luceat, etiā si Zwinglius hic uita uiuat, post hanc uitam tanti mali poenas luiturus. Et si quid aliud est mihi pro nunc incognitū, quod Ulrichum Zwingliū ab hac praesenti cōpressionē absterret, id omne iam sibi cōcessum dinoscat, ac si de uerbo ad uerbū hic esset insertū, qua protestatione praemissa in nomine iusti dei ordiar cōclusiones meas in disputatione nude quidē oppositas, iuxta seolarū morem, nunc probare & ueras facere, his legib; docq; iure quo haec nunc in mortaliū uitas & bona est animaduersum.

### CONCLUSIO I.

In sacramento unionis corporis & sanguinis dñi nostri Ihesu Christi, Christum saluatorē sub utraq; specie praesentē credere, adorare, uenerari, idolatria cēseri nō potest, ob diuinas literas illud docētes. Neq; furti accusari debet populū una specie (uidelicet panis) comunicans, quasi uini speciē a Christi plebecula furtim abstulisset.

Anno Christi Ihesu seruatoris Millesimo quingētesimo xxvi. die Maij, Conuocarūt Strenui Magnifici prouidi & prudentes dñi duodecim cantonū Heluetiorū laudabilis cōfederationis Christianū colloquiū seu disputationē, ob pacē quietem & unionem quarendā, in Christiana fide suis subditis in ciuitate Badensi in Ergow, ubi tres cōparuerūt doctores respondentes D. Iohānes Eck, D. Iohannes Fabri, & D. Thomas Murner. Eckius nouos fideles imperijt in fide, Iohannes Fabri in scriptis Zwinglij, Murnerus in uia iustitiā bonorū & famā. Et ego idem Murnerus ex ordinatione duodecim cantonum ad parrochiale ecclesiam Badensem has conclusiones subscriptas affigere feci generales, unam sanctarū scripturarum ut supra alterā iuriū de qua infra dicemus.

Q9



A C T A  
CONTINENTIA CONCLVSIONIS.

i. Vult primo hæc conclusio, Sacramentum eucharistiæ esse unionis sacramentū, & non remissionis peccatorū. Mat. xxvi. ita habet, hic est em̄ sanguis meus noui testamēti q̄ pro multis effundet̄ in remissionē peccatorū. Marcus xiiij. ita dixerit, hic est sanguis meus noui testamēti, qui pro multis effundet̄, hic uterq̄ dicit Christū dixisse fundendū esse sanguinē suum pro multis in remissionē peccatorū, hic certe remissio peccatorū non ob sumptionē (ut Lutherani dicunt) sed ob effusionē in cruce fiendā promittit̄. Tum quod remissionis peccatorū iam dud̄ habeamus sacramēta. Alterū quidē baptismi qd̄ remittit originale. Alterū uero poenitentiaē qd̄ actualē remittit. Nulla ergo subest necessitas tertiu adijcere remissionis scilicet peccatorū, nec de hoc ulla est scripturarū authoritas. Dilucidū ergo est alterius cuiuspiā rei eucharistiā esse sacramentū unionis scilicet, ideoq̄ & à græcis sinaxis est dicta.

ij. Veri corporis & sanguinis dñi nostri Ihesu Christi, Matthæus ait xxvi. Cœnantibus aut̄ eis accepit Ihesus panem &c. & paulo post, accipite & comedite hoc est corpus meū, & de calice, Hic est em̄ sanguis meus. Hoc idem testat̄ Mare. xiiij. Et Lucas xxiij. Sed & Paulus pri. ad Corinth. xi.

iiij. Species esse panis & uini, non uere illic panē manere & uinū. Primā partē iam tres allegati euāgelistæ probāt, quum enim prius panē in manus sumpserat, & post hoc idem porrigens dicensq̄ corpus esse, mutationem factam nemo negare potest, & sensus uisus adesse indicat species &c.

iiij. Christū sub his speciebus esse præsentem, Matthæus docet vi. Panem nostrū supersubstantialem da nobis hodie, nihil tñ hic supersubstantiale est nisi Christus, hoc idem Iohannes inquit. Ego sum panis qui de cœlo descēdi. Et panis quē ego dabo caro mea est pro mundi uita &c.

v. Sic præsentem credendū, adorandū, uenerandū Iohannes xi. crediderūt in eū Lucæ iiij. Dñm deū tuū adorabis. De eius



M V R N E R I.

eius ueneratione habent omnes euangelistæ in die palmarū,  
quæ si illi in mortali corpore exhibita & uisibili, quanto plus  
nunc in gloria dei patris existētī Iohan. xx. Beati qui non uie  
derunt & crediderunt. (do. cultū diuinū falsis dijs.

vi. Hoc faciēdo idolatriā non cōmittere, quæ fit in exhiben

vij. Diuinas literas hoc docere, ut supra est allegatum.

vij. Populū una specie cōmunicandū. Probat. Si qđ maius  
est, immutare potuit ecclesia, potuit & qđ minus est. Sed ea  
Christi institutū in re multo maioris momēti nō ambigit im  
mutasse, ut patet in forma baptisandi Mar. ult. de sabathismo,  
deq; suffocato; ergo potuit ecclesia non nihil circa eucharistiā  
immutare, dispensare. Scđo Christus laicis sub una specie eu  
charistiā tradidit, ut testat Aug. lib. iij. de consensu euangeli  
starū. Quid ergo nunc prohibet Christi exemplū imitari. Af  
sumptū patet in duobus discipulis euntib⁹ in Emaus. Sed ro  
gabis unde cōstet qđ non etiā alterā speciē eis porrexerit, uis  
delicet in forma uini. Certe uel ex eo quod protinus ut eis pa  
nem sanctificatū exhibuerit, Lucas illū ab eorū oculis tradide  
rit euanuisse. Sed & Matth. xxvi. scribit Christū apostolis fu  
ille pollicitū se de illo genimine uitis non ammodo bibiturū,  
donec cum uitis ipsam biberet nouū in regno patris sui. Quæ  
nimirū uerba de sacramento sanguinis accipienda sunt. Las  
tius de hoc dominū episcopum Roffensem legito.

ix. Specie scilicet uini denegantē non esse furē, qđ furtū est  
cōtractatio rei alienæ inuito dño, insti. de obli. quæ ex de na.  
pā. furtū, sed supra ex Luca & Matthæo ostēsum est, hoc uo  
lente Christo sic eucharistiā dispensari. Hæc nobis nostri euā  
gelici fures improperebāt, dum adhuc in eucharistia Christi  
presentiā credebāt, nos furti reos accusabāt, quippe qđ laico  
unā dūtaxat speciē pbeamus. Ipsi iā ex toto euersi eucharistiā  
pistoriū esse panē dicētes, duplices fures facti sunt, qđ eucha  
ristiæ utramq; speciem sustulerunt. (sequit.

x. Actionem furti in eundē intentari nō posse, hoc ex nona